Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.
Wien, 1794 Seite 2171
Quelle:
Copyright:

contractui favens praesentis Syntagmatis initium facit his verbis: *In quibusdam partibus mos est antiquus* &c. Subscriptum: *Reuerendissimus in christo pater et dominus Dominus Gwilerinus tunc sancti marci presbiter Cardinalis a domino nostro papa martino Quinto requisitus ut in hac materia de vsuris scriberet et de questione predicta suam diceret oppinionem De ipsa respondit et premissa scripsit ut superius annotantur.* Sequitur dein *Martini* Epistola: *Venerabilibus fratribus Archiepiscopo Gneznen. et lubiccen ac Olom. Episcopis* &c. *data Rome aput sanctos apostolos VI°. Non. Julij. pontificatus Anno* VIII. (1425) cui inserta est *Constitutio* ex mente *Gwilerini* de *Censibus*, quae incipit: *Regimen vniuersalis ecclesie* &c. et data est eodem die et anno, non tamen in *Bullario Rom.* a me inventa.

XVI. *fol.* 250. p. 2. *Secuntur 13. propositiones de vnitate et reformatione ecclesie.* Initium: *Ecclesiastica vnitas ad vnum caput christum* &c. *Opp. T. II. col.* 171. dicuntur praedicatae in Concilio Generali *Constant.* per Magistrum *Job. de Gerson*, et aliter divisae XII. censentur.

XVII. *fol.* 251. *Sequitur quedam auisacio Cancell. ad Episcopum. Opp.* T. II. *col.* 415. inscribitur: *Epistola ad quendam Episcopum super Moderatione casuum reseruandorum in Foro*, et incipit: *Pontificali dignitati suus qualiscunque zelator* &c. Integra in *Cod.* ut in *Edit.*

XVIII. *fol.* 252. absque inscriptione Sermo *Job. Gersonis* in Concilio *Rhemensi*, ut *Opp.* T. II. *col.* 542. et nobis alias. Initium: *Ego sum pastor bonus* &c.

XIX. *fol.* 261. Alius ejusdem Sermo, qui incipit: *Estimo me beatum aput te O sacrosanctum Constantiense Concilium* &c. et T. II. *Opp. col.* 330. inscribitur: *De erroribus contra fidem et mores circa Præceptum: Non Occides.*

XX. *fol.* 265. p. 2. Alius ejusdem Sermo T. II. *Opp. col.* 338. inscriptus: *Contra Assertiones M. Johannis Parvi circa Praeceptum: Non Occides.* Incipit: *Oportet heresés esse* &c. et jam indicatus est alibi.

XXI. *fol.* 272. p. 2. *Sermo Cancellarij parisiensis quando Rex Romanorum iuerat a constantia ad regem Arragonum et ad petrum de luna pro vnione ecclesie procuranda.* Initium: *Prosperum iter faciet vobis* &c. Ut *Opp.* T. II. *col.* 273. et nobis pluries.

XXII. *fol.* 276. p. 2. *Sequitur declaratio pulchra Cancellarij parysiensis que veritates de necessitate salutis sint credende et que sapiant heresim.* Initium: *Declaratio compendiosa que veritates* &c. Extat *Opp.* T. I. *col.* 22. et nobis repetitis vicibus, ut *Index* commonstrat.

XXIII. *fol.* 279. p. 2. *Sequitur Sermo Cancellary parisiensis de natiuitate marie virginis predicatus in Concilio Constant.* in illud: *Jacob genuit Joseph* &c. Initium: